

6 Ciceros freiwilliges Exil

Kap. 49

- Haec ego et multa alia cogitans hoc videbam,
si causam publicam mea mors peremisset,
neminem umquam fore, qui auderet suscipere
contra improbos cives salutem rei publicae;
5 itaque non solum si vi interissem,
sed etiam si morbo extinctus essem,
fore putabam,
ut exemplum rei publicae conservandae
mecum simul interiret.
- 10 Quis enim umquam me
a senatu populoque Romano
tanto omnium bonorum studio non restituto
– quod certe, si essem interfectus,
accidere non potuisset –
15 ullam rei publicae partem [...] auderet attingere?

- Servavi igitur rem publicam discessu meo, iudices:
Caedem a vobis liberisque vestris,
vastitatem, incendia, rapinas
meo dolore luctuque depuli,
20 et unus rem publicam bis servavi,
semel gloria, iterum aerumna mea.

- Neque enim in hoc
me hominem esse infitiabor umquam,
ut me optimo fratre, carissimis liberis,
25 fidissima coniuge,
vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu
sine dolore caruisse glorier. [...]

- Hoc meo quidem animo
summi in patriam amoris mei
30 signum esse debet certissimum, quod,
cum abesse ab ea sine summo dolore non possem,
hunc me perpeti
quam illam labefactari ab improbis malui.

perimere, emi: völlig vernichten
causa publica ≈ res publica
suscipere aliquid: hier: sich einsetzen
für

exemplum rei publicae conservandae: Beispiel für die Rettung des
Staates

me ... restitudo: (konditionaler) abl. abs.
restituere: hier: zurückrufen

[cum sua minima invidia]
ullam ... partem attingere:
sich irgendwie politisch betätigen
auderet: deliberativer Konjunktiv der
Vergangenheit

invidia =
Gefahr
Neid, Hass

discessus, us m.: Weggang (euphemisti-
sche Umschreibung für den Gang ins Exil)
vastitas, tatis f.: Verwüstung
rapina: Raub, Plünderung
luctus, us m.: Trauer
depellere, puli, pulsum: vertreiben,
abwehren, -wenden
bis Adv.: zweimal
semel Adv.: einmal
gloria: hier: ruhmvolle Tat; die Nieder-
schlagung der Catilinarischen Verschwö-
rung
aerumna: Mühsal, Unglück

infitari: (ver)leugnen

fidus: zuverlässig, treu
gradus, us m. honoris: Ehrenstellung
gloriarī: sich rühmen

meo animo: nach meiner Meinung

quod: faktisch
perpeti, ior, pessus sum: erleiden,
ertragen
illam = patriam
labefactare: zugrunde richten